62/

alienatum recuperavit. Insuper manu valida una cum archiepiscopo Maguntinensi[a] civitatem Salza obsedit, eam gravi incendio, ut dicitur, in vindictam illorum ribaldorum, qui nudatis posterioribus per murum pudibunda sibi et suis ostendentes cepit et expugnavit, quam tunc pro dimidietate pro se et pro suis heredibus, pro alia mediate et ecclesie Moguntine obtinuit. Sicque communiter dictam civitatem Salza et castrum una cum archiepiscopo Moguntinensi usque ad finem vite sue obtinuit. Tandem filius suus Balthasar Thuringie lantgravius cum archiepiscopo et capitulo Moguntino hodierno concambium fecerunt,[a] quod[b] sibi certa quidem in finibus Thuringiae pro sua medietate in Salza donavit sicque totum dominium civitatis et castri Salza ad principes hodiernos devenit. Multa quidem talia insignia facta gloriosus et inclitus princeps fecit, que sunt nota. Volens igitur magnificare locum sepulture suae et suorum progenitorum in Veteri Cella capellam in honorem beati Andreae apostoli pulcram tornatam funditus denovo erexit, ubi ipse cum uxore sua Mechthilde in Domino requiescit anno Domini MCCCXLIX° in nocte sanctae Elizabeth. Domina autem Mechthildis, uxor ipsius premortua[d] fuit anno Domini MCCCXLVI.

Fridericus.

Margin notes:

a) Mag. corr. ~~man.~~ rec. Mog.

expugn.

b) mediate c.

immo medietatis.

c) ~~quieta c.~~

c) quieta c.

a) ~~Hec~~ (corr. man. rec.) certi fecit.

b. deest c.; addidit in marg. man. rec.

~~c) hucusque man. 1; ea quae sequuntur addidit man. rec.~~

d) desinit antiqua manus; reliqua manu saec. XVII. addita.

q̂

+ f. CCLXXI c.

Mechthildis

d premortua

Bis zu Blatt 271' [illegible]